



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCCLXXXIII. Margraf Ludwig nimmt die von Oberg mit dem Schlosse  
Oebisfelde in seinen Dienst und verspricht hundert Mark, wenn sie auch  
die Stadt Braunschweig auf seine Seite bringen, am 26. Mai 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCLXXXIII. Margraf Ludwig nimmt die von Oberg mit dem Schlosse Debisfelde in seinen Dienst und verspricht ihnen hundert Mark, wenn sie auch die Stadt Braunschweig auf seine Seite bringen, am 26. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Conferre tenemur, debemus et volumus strenuo militi hylmero, Johanni et heinrico, eiusdem patris, dictis de oberghe XX marcar. redditus annue pensionis in certis solutionibus siue redditibus annuis, pacifice et quiete tenendos et possidendos, quousque ipsis de CC marcis argenti stend. ex depactionibus vel captiuorum depecuniacionibus aut ex aliis modis quibuscunque nobis euenientibus satisfecerimus integraliter et complete. Quare nobis cum munitionibus suis et singulariter cum castro suo Ouesfeld, gverris et dissensionibus inter nos et ducem Brunswicensem durantibus, pro nostris commodis et vtilitatibus ipforumque iacturis et dispendiis parere tenebuntur et fideliter obedire, addicientes, quod si ciuitas Brunswicensis, Consules et vniuersitas eiusdem, ipsius hilmeri procuracione vel ordinatione mediante, nobis et nostris contra duces predictos Brunswicenses opem et Consilium fideliter prestiterint, extunc ad collationem X marcar. argenti stendaliensis sibi obligari volumus et obligati sumus in certis redditibus deputandis, tenendos et habendos, quousque de C marcis argenti et ponderis prenotati plenarie satisfecerimus et in toto. Volentes etiam predictarum X marcarum et XX marcarum predictarum redditus annuos sibi deputandos, dum primum sibi de CC marcis argenti ex depactionibus, depecuniacionibus vel ex aliis modis quibuscunque euenientibus satis fecerimus, ad nos redire pariter et reuolui. Debemus etiam sumptus et victualia debita ipsi hylmero suisque familiaribus et subditis sibi obsequentibus, dum sumptus et expensas nostras in dicto castro habere uouerimus, ministrare dampnaque probabilia, si qua in amissione vel perditione castri predicti, quod ablit, in detentione sua suorumque aut rerum euidenter pertulerit, secundum estimationem ydoneorum, vtrouque per nos assumendorum, infra medii anni spacium refarcire, refundere integraliter et complete. Eciam si noue structure, munitiones vel preedificationes nostri nomine dicto castro fierent, extunc suam vel concordiam cum emulis et aduersariis nostris, ipsum castrum obsidentibus, inire non debemus nec volumus, nisi ipsi concordie et sine predictis includantur expressius, et preedificationes, si que fuerint, destruantur totaliter et omnimode dissoluantur. Conferimus etiam ipsis, exnunc prout extunc, castrum, dictum Bardorp, cum singulis et vniuersis suis pertinentiis eidem ex iure vel ex debito pertinentibus, dum primum id adepti vel consecuti fuerint, sic, quod nobis heredibus et successoribus nostris perpetuis temporibus intendant, obediant et pareant, contra quemlibet hominem, pro singulis nostris necessitatibus fideliter cum eodem. Volentes etiam ipsis, si dictum castrum consecuti fuerint, ad deputationem et assignationem reddituum predictorum, nec ad solutionem CCC marcarum ut premittitur aliquantulum obligari: volentes etiam sibi, si bona sua, dicto castro pertinentia, nostri nomine depactata fuerint, cum paribus bonis, hostibus et aduersariis nostris pertinentibus, recompensam facere parem pariter et restaurum. Volumus etiam ipsum vna cum patris suis prenotatis, quamdiu nobis et nostris nostri nomine cum munitionibus et castro predicto paruerint et obediuerint, contra quoslibet inuafores illicitos

pro ipsorum iuribus, quorum plenum posse et auctoritatem nobis reseruauimus et reseruamus presentibus, defensare, prout facultas nobis suppetit et tueri. In cuius etc. Testes Deck, Swarczburg, Buch, helb, Loterbeck. Datum Sehufen, anno predicto (M. CCC. XLIII.) in crastino beati vrbani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIII. — Fehlerhafter Abdruck in Ludwig, Reliq. Mspt. VII, p. 86.

DCCLXXXIV. Gegen-Reuers der von Oberg, vom 26. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod nos, Ego hilmerus, Johannes et henricus, ejusdem patrii, dicti de Oberghe, bona fide promissimus et presentibus promittimus magnifico principi, domino nostro Ludovico, Marchioni brandenburgensi, domino nostro karissimo, cum municionibus et castris nostris, habitis et habendis, et singulariter cum castro dicto ouesuelde, gwerris et dissensionibus inter ipsum et duces Brunswicenses durantibus, pro singulis suis necessitatibus, consiliis et auxiliis sibi nostris prestitis intendere, obedire fideliter et parere. Pro qua quidem paricione nobis facere debet secundum suarum super eo nobis datarum continentiam litterarum. Pariter etiam, si decreuerit idem dominus noster Marchio officiatique sui, premissa gwerra durante, cum armatorum exercitu in municionibus et castris nostris, et singulariter in premissis castro ouesuelde, stare, moram facere, sumptus et expensas habere, prout ipsorum compecierit beneplacito voluntatis; Tenemur et debemus et volumus eidem domini nostro marchioni, heredibus et successoribus suis legitimis cum castro dicto Bardorp, si quouis modo id consecuti vel adepti fuerimus, quod idem exnunc nobis in iustum et legale pheodum contulit, contra quemlibet, cuiuscunque conditionis existentem, pro singulis suis et ipsorum indigentis, parere, intendere et fideliter obedire. Debet etiam nos vna cum municionibus et rebus nostris pro iuribus nostris, quorum tamen auctoritatem et plenum posse sibi damus, presentibus dedimus et donauimus, contra quoslibet nostros offensores violentos et indebitos defensare pariter et tueri. In cuius etc. Testes ut supra. Datum anno predicto etc. feria II ante festum penthecostes.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIV. — Fehlerhafter Abdruck bei Ludwig, Reliq. Mspt. VII, p. 87.

DCCLXXXV. Der Rath der Stadt Stendal bittet den Kaiser um Entscheidung der Frage, wem er in dem jetzigen Kriege Beistand leisten solle, dem Herzoge von Braunschweig oder dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg, am 30. Mai 1343.

Nos Consules in Stendal in presentibus recognoscimus et protestamur; Quod dominus noster Ludouicus, marchio Brandenburgensis, princeps illustris, per omagium